



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Summaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

S U M M A R I A.

Ad sequentem ragulam. I.

1. Papa potest dare principi licentiam & auctoritatem judicandi de Clericis certi loci.
2. Papa eadem ratione, quia potest unum Clericum subjicere Laico, eadem certos Clericos Principi.
3. Rex & officiarum an, & quam, & super quos Clericos habeant judicandi potestatem.
4. Argumentum de toto ad partem, an in materia privilegij sit validum.
5. Papa an possit statuere quod Clerici in sacris non sint obligati ad horas canonicas.
6. Clericus falsum deponens coram judge seculari, potest civiliter puniri.
7. Advocatus pars, vel notarius Clerici coram judge delinquentes possunt civiliter puniri.
8. Clericus coram judge seculari falso utens instrumento civiliter puniri potest.
9. Clerico coram Judge seculari testimonium ferre prohibetur.
- 10 Religiosi an possint compelli testimonium ferre in curia civili.
- 11 Judge Laicus potest corrigeret Clericos desiciente Ecclesiastica potestate.
- 12 Degradatus actualiter censetur de foro seculari.
- 13 Clericus anathematizatus per secularem potestem potest comprimi.
- 14 Clericus joculator post crinam monitionem

P

non



200 DE POTESTATE SECUL.

non desistens, ipse jure privilegio Clericali
privatur.

15 Clericus vestem Clericalem non deferens, non
debet privilegio Clericali gaudere.

16 Clericus in minoribus constitutus, & duas
duxit uxores, coercioni fori secularis subjacet.

17 Officia publica exercentes privilegijs gaudere
non debent Clericalibus.

18 Judex Laicus potest ex Papæ delegatione de
caussis spiritualibus cognoscere.

19 Clericatum assumens, postquam captus fit a
Judice Laico, an liberari debeat a manibus
Laicos.

20 Judices seculares possunt contra violatores
suae guardaæ cujuscunque status sint, cognoscere.

21 Clerici arma portantes, veniunt civiliter
puniendi.

22 Officiarii Regii possunt quoscunque sibi re-
belles punire & coercere.

23 Clerici jurisdictionem regiam usurpare vo-
lentes, ipsi jurisdictioni debent subjacere.

24 Clericus artifex delinquens, an gaudeat
privilegio Clericali.

25 Clericus assumens officia Laicorum, si in ijs
delinquit, venit Laicaliter puniendus.

26 Clericus assassinus potest criminaliter, per
judicem secularem puniri.

27 Clericus habitu qui & tensura dimissis, diu
se enormibus delictis immiscuit, non potest se
pro Clerico defendere.

28 Clericus armæ militaria deferens, si montus non deponat, omne privilegium Clericale perdere debet

PRIMA REGULA, TIT. I. DE PO-
testate seculari super Ecclesiasticis personis.

Clerici non possunt de criminе
coram seculari Judice conve-
niri, nec valet contraria con-
suetudo. cap. I. & 2. II. q. I.
cap. Clerici de judiciis.

ADD E

1. Hanc regulam ponit Cassaneus in consuetudi-
nes Burgundiaæ tit. de justit § 5. verfic. si la gra-
ce. n. 47. ubi refert Fallentias 20. ex ordine. n.
48. usq; ad n. 204. Pari modo Benedictus in cap.
Rainutius §. Ex uxorem nomine Adelasiæ decis.

2. n. 141. 143 & 155. Enumerat plurimos casus
quibus Clericus per secularem Judicem punitur.

2. Tradit quoq; tales casus 24. mixtim Antonius
de Tremolis in addition. ad praxim. Bonaeurſi
tit. 2. quibus modis suo nomine & nu. 245. us-
que ad finem.

3. Eandem hanc regulam, cum suis limitationi-
bus 22. ex ipso nostro auctore collegit, & posuit
ex ordine Lancilotus in tractatu suo laudabili de
officio prætoris ad tit. de Inquisitione nu. 8 Cur.
ergo mihi in his remissionibus idem non liceat.